Lib. vi

sed ea quae omnia simul fecit administratorio actu gubernans et mouens
sine cessatione operatur simul et requiescens et operans. sicut iam ista tracta
ta sunt quorum operum eius que usque nunc operatur per uolumina corpo
rum explicandorum uelut exordium narrandi sumens ait scriptura
fons autem ascendebat de terra et inrigabat omnem faciem terrae.
De quo fonte quia diximus quod dicendum putauimus ea quae sequun
tur ab alio consideremus exordio. EXPLICIT LIBER QUINTUS

# INCIPIT LIBER SEXTUS

ET FINXIT DEUS HOMINEM PULUEREM DE TERRA ET
in sufflauit in faciem eius flatum uitae et factus est homo
in animam uiuentem. hic primo uidendum est utrum ista re
capitulatio sit ut nunc dicatur quomodo factus sit homo quem
sexto diem factum legimus. an uero tunc quidem cum fecit omnia
simul in his etiam hominem latenter fecit sicut fenum terrae antequam
esset exortum et eo modo et ipse cum iam esset in secreto quodam naturae
aliter factus sicut illa quae simul creauit cum factus est dies accessu tempo
ris etiam isto modo fieret quo in hac per spicua forma uitam gerit uel bene
uel male. sicut fenum quod factum est antequam exoreretur super ter
ram. accedente iam tempore et fontis illius inrigatione exortum est
ut esset super terram. prius ergo secundum recapitulationem idconemur
accipere fortassis quippe ita homo factus sit in die sexto sicut dies
ipse primitus factus est. sicut firmamentum sicut terra et mare neque
enim haec dicenda sunt ante in quibusdam primordiis iam facta latuisse ac
deinde in hanc faciem qua mundus extructus est accessu temporis tam
quam exorta claruisse. sed ab exordio saeculi cum factus est dies con
ditum mundum in cuius elementis simul sunt condita quae post acces
su temporis orerentur uel frutecta uel animalia quaeque secundum suum
genus. nam nec ipsa sidera credendum est in elementis mundi primitus
facta atque recondita acces postea temporis exti tisse atque

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc141/0140